

tem quam diabolus in homines exercebat ante Christi passionem, tria sunt consideranda. Primum quidem ex parte hominis, qui suo peccato meruit ut in potestatem traderetur diaboli, per cuius tentationem fuerat superatus. Aliud autem est ex parte Dei, quem homo peccando offenderat, qui per suam iustitiam hominem relinquere potestati diaboli. Tertium est ex parte ipsius diaboli, qui sua nequissima voluntate hominem à consecutione salutis impediabat.

Quantum ergo ad primum, homo est à potestate diaboli liberatus per passionem Christi, in quantum passio Christi est causa remissionis peccatorum. Quantum autem ad secundum, dicendum, quod passio Christi nos à potestate diaboli liberavit, in quantum nos Deo reconciliavit, ut infra dicitur (art. 4. huj. q.) Quantum vero ad tertium, passio Christi nos à diabolo liberavit, in quantum in passione Christi excessit modum potestatis sibi traditæ à Deo, machinando in mortem Christi, qui non habebat meritum mortis, cum esset absque peccato. Unde Augustinus dicit in XIII. de Trinit. (cap. XIV. in princ.) *Iustitia Christi victus est diabolus, quia cum in eo nihil morte dignum inveniret, occidit eum tamen. Et utique iustum est ut debitores, quos tenebat, liberi dimittantur, in eum credentes, quem sine ullo debito occidit.*

Ad primum ergo dicendum, quod non dicitur sic diabolus in homines potestatem habuisse, quasi possit esse nocere, Deo non permittere; sed quia iuste permittebatur nocere hominibus, quod tentando ad suum consensum perduxerat.

Ad secundum dicendum, quod diabolus etiam nunc potest quidem Deo permittere homines tentare quantum ad animam, & vexare quantum ad corpus; sed tamen præparatum est homini remedium ex passione Christi, quo se potest tueri contra hostis impugnationes, ne deducatur in interitum mortis æternæ: & quicumque ante passionem Christi diabolo resistebant, per fidem passionis Christi hoc facere poterant, licet passione Christi nondum peracta. Quantum autem ad aliquid, nullus poterat diaboli manus evadere, ut scilicet non descendere in infernum, à quo post passionem Christi se possunt homines eius virtute tueri.

Ad tertium dicendum, quod Deus permittit diabolo posse decipere homines in certis personis, temporibus, & locis, secundum occultam rationem iudiciorum suorum; semper tamen per passionem Christi est paratum hominibus remedium se tuendi contra nequitias dæmonum, etiam reappere Antichristi. Sed, si aliqui hoc remedio uti negligant, nil deperit efficacis passionis Christi.

ARTICULUS III.

271

Utrum per passionem Christi homines fiat liberati à peccato peccati.

Inf. quest. LIII. art. 5. cor. & quest. LXXXVI. art. 4. ad 3. & III. dist. XIX. art. 3. & ver. quest. XXIX. art. 7.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod per passionem Christi non sint homines liberati à peccato peccati. Præcipua enim peccata peccati est æterna damnatio. Sed illi qui damnati erant in inferno pro suis peccatis, non sunt per Christi passionem liberati, quia *in inferno nulla est redemptio*. Ergo videtur, quod passio Christi non liberavit homines à peccato peccati.

2. Præterea. Illi qui sunt liberati à reatu peccati, non est aliqua peccata injungenda. Sed poenitentibus injungitur peccata satisfactoria. Non ergo per passionem Christi sunt homines liberati à reatu peccati.

3. Præterea. Mors est peccata peccati, secundum illud Rom. vi. 23. *Stipendia peccati mortis*. Sed adhuc post passionem Christi homines moriuntur. Ergo per passionem Christi non sunt homines liberati à reatu peccati.

Sed contra est quod dicitur Isai. LIII. 4. *Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit.*

Respondeo dicendum, quod per passionem Christi liberati sumus à reatu peccati dupliciter. Uno modo directe, in quantum scilicet passio Christi fuit sufficiens, & superabundans satisfactio pro peccatis totius humani generis: exhibita autem satisfactione sufficienti, tollitur reatus peccati. Alio modo indirecte, in quantum scilicet passio Christi est causa remissionis peccati, in quo fundatur reatus peccati.

Ad primum ergo dicendum, quod passio Christi fortiter effectum suum in illis quibus applicatur per fidem, & caritatem, & per fidei sacramenta. Et ideo damnati in inferno, qui prædicto modo passioni Christi non conjuguntur, effectum eius præcipere non possunt.

Ad secundum dicendum, quod, sicut supra dictum est (art. 1. huj. q. ad 4.) ad hoc quod consequamur effectum passionis Christi, oportet nos ei configurari. Configuramur autem ei in baptismis sacramentaliter, secundum illud Rom. vi. 4. *Consepulti sumus ei per baptismum in mortem*. Unde baptizati nulla peccata satisfactoria imponitur, quia sunt totaliter liberati per satisfactionem Christi. Quia vero *Christus semel tantum pro peccatis nostris mortuus est*, ut dicitur I. Pet. 1. 18. ideo non potest homo secundario configurari morti Christi per sacramentum baptismi. Unde oportet quod illi qui post baptismum peccant, configurentur Christi

patien-

patienter per aliquid penalitatis, vel passionis, quam in seipsis sustinent; quæ tamen multo minor sufficiat quam esset condigna peccato, cooperante satisfactione Christi.

Ad tertium dicendum, quod satisfactio Christi habet effectum in nobis, in quantum incorporamur ei, ut membra suo capiti; sicut supra dictum est (art. 1. huj. q.) Membra autem oportet capiti conformari. Et ideo sicut Christus primo quidem habuit gratiam in anima cum passibilitate corporis, & per passionem ad gloriam immortalitatis pervenit; ita & nos, qui sumus membra eius; per passionem ipsius liberamur quidem à reatu cuiuslibet peccati; ita tamen quod primo recipimus in anima spiritum adoptionis filiorum; quod adscribitur ad hereditatem gloriæ immortalis, adhuc corpus passibile, & mortale habentes; postmodum vero configurati passionibus, & morti Christi, in gloriam immortalem perducimur, secundum illud Apostoli Rom. VIII. 17. *Si filii, & heredes, & heredes quidem Dei, coheredes autem Christi, si tamen compatimur, ut & conglorificemur*.

ARTICULUS IV.

273

Utrum per passionem Christi sumus Deo reconciliati.

Sup. quest. XLVII. art. 4. cor. & III. dist. XIX. art. 5. quest. 1. & op. LX. cap. XVII.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod per passionem Christi non sumus Deo reconciliati. Reconciliatio enim non habet locum inter amicos. Sed Deus semper dilexit nos, secundum illud Sap. XI. 25. *Diligis omnia que sunt, & nihil odisti eorum que fecisti*. Ergo passio Christi non reconciliavit nos Deo.

2. Præterea. Non potest idem esse principium, & effectus: unde gratia, quæ est principium merendi, non cadit sub merito. Sed dilectio Dei est principium passionis Christi, secundum illud Joan. 1. 16. *Sic Deus dilexit mundum ut Filium suum unigenitum daret*. Non ergo videtur quod per passionem Christi sumus reconciliati Deo, ita quod de novo nos amare inciperet.

3. Præterea. Passio Christi impleta est per homines Christum occidentes, qui ex hoc graviter Deum offenderunt. Ergo passio Christi est magis causa indignationis quam reconciliationis Dei.

Sed contra est quod Apostolus dicit Rom. VIII. *Reconciliatus sumus Deo per mortem Filii eius*. Respondendo dicendum, quod passio Christi est causa reconciliationis nostræ ad Deum du-

pliciter. Uno modo in quantum removit peccatum, per quod homines constituentur inimici Dei, secundum illud Sap. XI. 9. *Stimuli facti sunt Deo impius, & impietas eius: & huiusmodi*. Psal. v. 7. *Odisti omnes qui operantur iniquitatem*. Alio modo in quantum est sacrificium Deo acceptissimum. Est enim hoc proprie sacrificium effectus ut per ipsum placetur Deo; sicut cum homo offensam in se commissam remittit propter aliquod obsequium acceptum, quod ei exhibetur. Unde dicitur I. Reg. XXVI. 19. *Si Dominus incensat te adve-sum me, odoratur sacrificium*. Et similiter tantum bonum fuit quod Christus voluntarie passus est, quod propter hoc bonum in natura humana inventum, Deus placatus est propter omni offensam generis humani, quantum ad eos qui Christo passo conjuguntur secundum modum præmissum.

Ad primum ergo dicendum, quod Deus diligit omnes homines quantum ad naturam quam ipse ficit; odit tamen eos quantum ad culpam, quam contra eum homines committunt, secundum illud Eccli. XII. 3. *Altissimus odio habet peccatores*.

Ad secundum dicendum, quod passio Christi non dicitur quantum ad hoc Deo nos reconciliasse quod de novo nos amare inciperet, cum scriptum sit Hierem. XXXI. 3. *In caritate perpetua dilexi te*; sed quia per passionem Christi sublata est odii causa, tum per ablationem peccati, tum per recompensationem acceptabilioris (a) boni.

Ad tertium dicendum, quod sicut occisores Christi homines fuerunt, ita & Christus occisus. Major autem fuit caritas Christi patientis, quam iniquitas occisorum. Et ideo passio Christi magis valuit ad reconciliandum Deum toti humano generi, quam ad provocandum ad iram.

ARTICULUS V.

274

Utrum Christus sua passione aperuerit nobis januam cæli.

III. dist. XVII. art. 6. quest. 2. & 3. & dist. XIX. art. 3. & IV. dist. IV. quest. 2. art. 2. quest. 6. & ver. quest. XXIX. art. 7. ad 9.

AD quintum sic proceditur. Videtur quod Christus sua passione non aperuit nobis januam cæli. Dicitur enim Proverb. XI. 18. *Seminanti iustitiam merces fidelis*. Sed merces iustitiæ est introitus regni cælestis. Ergo videtur quod sancti patres, qui operati sunt opera iustitiæ, fide consecuti essent introitum regni cælestis, etiam absque Christi passione. Non ergo passio Christi est causa apertionis januæ regni cælestis.

2. Prae-

(a) A, beneficii.

quod pro eis offerretur, quam humana caro, & quid tam aptum huic immolationi, quam caro mortali? & quid tam mundum pro mundandis vitis mortalium, quam sine contagione carnalis concupiscentie caro nata in utero, & ex utero virginali? & quid tam grate offerri, & suscipi posset, quam caro sacrificii nostri, corpus effectum sacerdotii nostri?

Ad secundum dicendum, quod Augustinus ibi loquitur de sacrificiis visibilibus figuratibus: & etiam ipsa passio Christi, licet sit aliquid signatum per alia sacrificia figurata, est tamen signum alicujus rei observandæ à nobis, secundum illud I. Petr. xvi. 1. *Christus igitur passio in carne, & deo eadem cogitatione armamini: quia qui passus est in carne, desit à peccatis, ut iam non hominum desideris, sed voluntati Dei, quod reliquum est, in carne vivat temporis.*

Ad tertium dicendum, quod passio Christi ex parte occidentium ipsum fuit maleficium; sed ex parte ipsius ex caritate patientis fuit sacrificium. Unde hoc sacrificium ipse Christus obtulisse dicitur, non autem illi qui eum occiderunt.

ARTICULUS IV. 267

Utrum passio Christi operata sit nostram salutem per modum redemptionis.

Inf. quæst. XLIX. art. 2. & II. dist. XIX. art. 2. & 3. & op. LX. cap. XVIIII.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod passio Christi non sit operata nostram salutem per modum redemptionis. Nullus enim emit, vel redimit, quod suum esse non desit. Sed homines nunquam deserunt esse Dei, secundum illud Psal. cxiiii. 1. *Domini est terra, & plenitudo ejus, orbis terrarum, & universi qui habitant in eo.* Ergo videtur quod Christus non redemerit nos sua passione.

2. Præterea. Sicut Augustinus dicit XIII. de Trinit. (cap. xiiii. in princ.) *diabolus à Christo justitia superandus fuit.* Sed hoc exigit justitia ut ille qui invasit dolose rem alienam, debeat privari ea: quia *fraus, & dolus nemini debet patrocinari*, ut etiam jura humana dicunt (l. lxx. ff. pro soc.) Cum ergo diabolus creaturam Dei, scilicet hominem, dolose deciperet, & sibi subjugeret, videtur quod non deberet homo per modum redemptionis ab ejus eripi potestate.

3. Præterea. Quicumque emit, aut redimit aliquid, pretium solvit ei qui possidebat. Sed Christus non solvit sanguinem suum, qui dicitur esse pretium redemptionis nostræ, diabolo, qui nos captivos tenebat. Non ergo Christus sua passione nos redemit.

Sed contra est quod dicitur I. Petr. i. xviii. *Non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis*

sed de vana vestra conversatione paterne traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati, & incontaminati Christi: & Galat. 111. dicitur Christus nos redimere de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Dicitur autem pro nobis factus maledictum; in quantum pro nobis passus est in ligno, ut supra dictum est (quæst. XLVII. art. 4. arg. 3.) Ergo per passionem suam nos redemit.

Respondeo dicendum, quod per peccatum dupliciter homo obligatur erari. Primo quidem servitute peccati: quia qui facit peccatum, servus est peccati, ut dicitur Joan. viiii. 34. & II. Petr. ii. 19. *A quo quis superatus est, hujus & servus est.* Quia igitur diabolus hominem superaverat, inducendo eum ad peccatum, homo servituti diaboli addidit erari. Secundo quantum ad reatum penæ, quo homo erat obligatus secundum Dei justitiam: & hoc etiam est servitus quædam: ad servitutum enim pertinet quod aliquis patitur quod non vult cum liberi hominis sit uti seipso ut vult.

Quia igitur passio Christi fuit sufficiens, & superabundans satisfactio pro peccato, & reatu penæ generis humani, ejus passio fuit quasi quoddam pretium, per quod liberati sumus ab utraque obligatione. Nam ipsa satisfactio qua quis satisfactio sive pro se, sive pro alio, pretium quoddam dicitur, quo seipsum, vel alium redimit à peccato; & à penâ, secundum illud, Dan. iv. 24. *Peccata tua elemosynis redime.* Christus autem satisfecit, non quidem pecuniam dando, aut aliquid hujusmodi, sed dando id quod fuit maximum, seipsum scilicet pro nobis. Et ideo passio Christi dicitur esse nostra redemptio.

Ad primum ergo dicendum, quod homo dicitur esse Dei dupliciter. Uno modo in quantum subicitur potestati ejus: & hoc modo nunquam homo desit Dei esse, secundum illud Daniel. iv. 22. *Dominatur excessus in regno hominum, & cuiusque voluerit, dabit illud.* Alio modo per unionem caritatis ad eum, secundum quod dicitur, Rom. viiii. 9. *Si quis spiritum Christi non habet, hic non est ejus.* Primo ergo modo nunquam homo desit esse Dei, secundo vero modo desit esse Dei per peccatum. Et ideo, in quantum fuit à peccato liberatus, Christo passio satisfaciens, dicitur per passionem Christi esse redemptus.

Ad secundum dicendum, quod homo peccando obligatus erat, & Deo, & diabolo. Quantum enim ad culpam Deum offenderat, & diabolo se subdiderat, ei consentiens: unde ratione culpæ non erat factus servus Dei; sed potius à Dei servitute recedens, diaboli servitutum incurerat, Deo juste hoc permitte, propter offensam in se commissam. Sed quantum ad penam, principaliter homo erat Deo obligatus sicut summo iudici, diabolo au-

autem ramquam tortori, secundum illud Math. v. 25. *Ne forte tradat te adversarius tuus iudici, & iudex tradat te ministro, id est angelo penarum crudeli*, ut Chrysostomus dicit (alius Auctor hom. xi. in op. impet. sub fin.) Quamvis igitur diabolus iniuste, quantum in ipso erat, hominem sua fraude deceptum sub servitute teneret, & quantum ad culpam, & quantum ad penam; justum tamen erat hoc hominem pati, Deo permitte, non autem per respectum ad Deum justitia exigebat quod homo redimeretur, non autem per respectum ad diabolum.

ARTICULUS V. 268

Utrum esse Redemptorem sit proprium Christi.

III. dist. XIX. art. 2. quæst. 2.

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod esse Redemptorem, non sit proprium Christi. Dicitur enim Psal. xxx. 6. *Redemisti me Domine, Deus veritatis.* Sed esse Dominum Deum veritatis, convenit toti Trinitati. Non ergo est proprium Christi.

2. Præterea. Ille dicitur redimere, qui dat pretium redemptionis. Sed Deus Pater dedit filium suum redemptionem pro peccatis nostris, secundum illud, Psal. cx. 9. *Redemptionem misit Dominus populo suo.* Glossa (interl. Aug.) id est, Christus, qui dat redemptionem captivi, vis. Ergo non solum Christus, sed etiam Deus Pater nos redemit.

3. Præterea. Non solum passio Christi, sed etiam aliorum Sanctorum proficua fuit ad nostram salutem, secundum illud, Colof. 1. 24. *Gaudes in passionibus Christi in carne mea pro corpore ejus, quod est Ecclesia.* Ergo non solum Christus debet dici Redemptor, sed etiam alii Sancti.

Sed contra est quod dicitur Galat. 111. 23. *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.* Sed solus Christus factus est pro nobis maledictum. Ergo solus Christus debet dici noster redemptor.

Respondeo dicendum, quod ad hoc quod aliquis redimat, duo requiruntur, scilicet actus solutionis, & pretium solutum. Si enim aliquis solvat pro redemptione alicujus rei pretium,

quod non est suum, sed alterius, ipse non dicitur redimere principaliter, sed magis ille cuius est pretium. Pretium autem redemptionis nostræ est sanguis Christi, vel vita ejus corporalis, que est in sanguine, quam ipse Christus excolvit. Unde utrumque istorum ad Christum pertinet immediate, in quantum est homo, sed ad totam Trinitatem sicut ad causam primam, & remotam, cuius erat, & ipsa vita Christi, sicut primi auctoris; & à qua inspiratum fuit ipsi homini Christo ut pateretur pro nobis. Et ideo esse immediate Redemptorem, proprium est Christi, in quantum est homo; quamvis ipsa redemptio possit attribui toti Trinitati, sicut primæ causæ.

Ad primum ergo dicendum, quod Glossa hoc sic exponit: *Tu, Domine, Deus veritatis, redemisti me in Christo clamante: In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum.* Et sic redemptio immediate pertinet ad hominem Christum, principaliter autem ad Deum.

Ad secundum dicendum, quod pretium redemptionis nostræ homo Christus solvit immediate, sed de mandato Patris, sicut primordialis auctoris.

Ad tertium dicendum, quod passiones Sanctorum proficiunt Ecclesiæ, non quidem per modum redemptionis, sed per modum exempli, & exhortationis, secundum illud II. ad Corinth. 1. 6. *Sive tribuamur pro vestra exhortatione, & salute.*

ARTICULUS VI. 269

Utrum passio Christi operata sit nostram salutem per modum efficientiæ.

Inf. quæst. XLIV. art. 1. cor. & op. 11. cap. cccxxxviii. fin. & ad Rom. 1v. fin. & I. Corinth. 1.

Ad sextum sic proceditur. Videtur quod passio Christi non sit operata nostram salutem per modum efficientiæ. Causa enim efficiens nostræ salutis est magnitudo divinæ virtutis, secundum illud Ita. Lix. 1. *Ecce non est abbreviata manus ejus, ut salvare non possit.* Christus autem crucifixus est ex infirmitate, ut dicitur II. ad Corinth. xiiii. 4. Non ergo passio Christi efficienter operata est nostram salutem.

2. Præterea. Nullum agens corporale efficienter agit nisi per contactum: unde etiam, & Christus tangendo mundavit leprosum, ut essendet carnem suam salutariferam virtutem habere, sicut Chrysostomus dicit (implic. hom. xxvi. in Math. & Auctor op. imp. hom. xxii. & Cyrril. Lib. IV. in Joan. sup. illud, *Nisi manducaveritis, &c.*) Sed passio Christi non potuit contingere omnes homines. Ergo non potuit efficienter operari salutem omnium hominum.

3. Præ-

3. Præterea. Non videtur ejsdem esse operari per modum meriti, & per modum efficientiæ: quia ille qui meretur, expectat effectum ab alio. Sed passio Christi operata est nostram salutem per modum meriti. Non ergo per modum efficientiæ.

Sed contra est quod dicitur I. ad Corinth. 1. 18. quod verbum crucis his qui salvi fiunt, est virtus Dei. Sed virtus Dei efficienter operatur nostram salutem. Ergo passio Christi in cruce efficienter operata est nostram salutem.

Respondeo dicendum, quod duplex est efficiens, principale, & instrumentale. Efficiens quidem principale humanæ salutis est Deus, quia vero humanitas Christi est Divinitatis instrumentum, ut supra dictum est (quæst. XLVIII. art. 2.) ideo ex consequenti omnes actiones, & passionem Christi instrumentaliter operantur in virtute Divinitatis ad salutem humanam. Et secundum hoc passio Christi efficienter causat salutem humanam.

Ad primum ergo dicendum, quod passio Christi relata ad Christi carnem congruit infirmitati assumptæ; relata vero ad Divinitatem consequitur ex ea infinitam virtutem, secundum illud I. ad Cor. 1. 25. Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus: quia scilicet ipsa infirmitas Christi, inquantum est Dei, habet virtutem excedentem omnem virtutem humanam.

Ad secundum dicendum, quod passio Christi, licet sit corporalis, habet tamen spirituales virtutes ex Divinitate unita: & ideo per spirituales contactum efficaciam sortitur, scilicet per fidem, & fidei sacramentum, secundum illud Apostoli (Rom. 1. 11. 25.) Quæ proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius.

Ad tertium dicendum, quod passio Christi, secundum quod comparatur ad Divinitatem ejus, agit per modum efficientiæ; inquantum vero comparatur ad voluntatem animæ Christi, agit per modum meriti; secundum vero quod consideratur in ipsa carne Christi, agit per modum satisfactionis, inquantum per eam liberamur à reatu pœnæ; per modum vero redemptionis, inquantum per eam liberamur à servitute culpæ; per modum autem sacrificii, inquantum per eam reconciliamur Deo, ut infra dicitur (quæst. seq. art. 4.)

QUÆSTIO XLIX.

De effectibus passionis Christi,

in sex articulis divisa.

Deinde considerandum est de ipsius effectibus passionis Christi: & circa hoc quaeruntur sex.

(a) *Perf. ix. fide purificans corda eorum tantum.*

Primo, utrum per passionem Christi sumus liberati à peccato.

Secundo, utrum per eam sumus liberati à potestate diaboli.

Tertio, utrum per eam sumus liberati à reatu pœnæ.

Quarto, utrum per eam sumus Deo reconciliati.

Quinto, utrum per eam sit nobis aperta janua cæli.

Sexto, utrum per eam Christus adeptus sit exaltationem.

ARTICULUS I.

Utrum per passionem Christi sumus liberati à peccato.

III. dist. xix. art. 1.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod per passionem Christi non sumus liberati à peccato. Liberare enim à peccato est proprium Dei, secundum illud Isa. XLVIII. 25. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me. Christus autem non est passus, secundum quod Deus, sed secundum quod homo. Ergo per passionem Christi non sumus liberati à peccato.

2. Præterea. Corporale non agit in spirituale. Sed passio Christi est corporalis; peccatum autem non est nisi in anima, quæ est spiritualis creatura. Ergo passio Christi non potuit nos emundare à peccato.

3. Præterea. Nullus potest liberari à peccato quod nondum commisit, sed quod in posterum est commissurus. Cum igitur multa peccata post Christi passionem sint commissa, & tota die committantur, videtur quod per passionem Christi non sumus liberati à peccato.

4. Præterea. Posita causa sufficienti, nihil aliud requiritur ad effectum succedendum. Requiritur autem adhuc alia ad redemptionem peccatorum, scilicet baptismus, & penitentia. Ergo videtur quod passio Christi non sit sufficiens causa remissionis peccatorum.

5. Præterea. Proverb. x. 12. dicitur: Unia versa delicta operit caritas: & A. xv. (a) dicitur: Per misericordiam, & fidem purgantur peccata. Sed multa sunt alia de quibus habemus fidem, & quæ sunt provocativa caritatis. Ergo passio Christi non est propria causa remissionis peccatorum.

Sed contra est quod dicitur Apoc. 1. 5. Dilavit nos, & lavit nos à peccatis nostris in sanguine suo.

Respondeo dicendum, quod passio Christi est propria causa remissionis peccatorum tripliciter. Primo quidem per modum provocantis ad caritatem: quia, ut Apostolus dicit Rom.

y. 8. commendat Deus suam caritatem in nobis: quoniam cum adhuc inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est. Per caritatem autem consequimur veniam peccatorum, secundum illud Luc. vi. 47. (a) Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Secundo, passio Christi causat remissionem peccatorum per modum redemptionis. Quia enim ipse est caput nostrum, per passionem suam, quam ex caritate, & obedientia sustinuit, liberavit nos tamquam membra sua à peccatis, quasi per pretium suæ passionis; sicut si homo per aliquod opus meritum quod manu exerceret, redimeret se à peccato quod pedibus commisisset. Sicut enim naturale corpus est unum, & est membrorum diversitate consistens; ita tota Ecclesia, quæ est mysticum corpus Christi, computatur quasi una persona cum suo capite, quod est Christus. Tertio per modum efficientiæ, inquantum caro, secundum quam Christus passionem sustinuit, est instrumentum Divinitatis, ex quo ejus passionem, & actiones operantur in virtute divina ad expellendum peccatum.

Ad primum ergo dicendum, quod licet Christus non sit passus, secundum quod Deus; tamen caro ejus est Divinitatis instrumentum, & ex hoc passio ejus habet quandam divinam virtutem dimittentis peccata, ut dictum est (in corp.)

Ad secundum dicendum, quod passio Christi, licet sit corporalis, sortitur tamen quandam spirituales virtutes ex Divinitate, cui caro ejus unita est ut instrumentum: secundum quam quidem virtutem passio Christi est causa remissionis peccatorum.

Ad tertium dicendum, quod Christus sua passione nos à peccatis liberavit casualiter, id est instituens causam nostræ liberationis, ex qua possent quæcumque peccata quandocumque quæ remitti, vel præterita, vel præsentia, vel futura; sicut si medicus faciat medicinam ex qua possint quicumque morbi sanari etiam in futurum.

Ad quartum dicendum, quod quia passio Christi præcessit ut causa quædam universalis remissionis peccatorum, sicut dictum est (in corp. ar.) necesse est quod singulis adhibeatur ad deletionem propriorum peccatorum. Hoc autem fit per baptismum, & penitentiam, & alia sacramenta, quæ habent virtutem ex passione Christi, ut infra patebit (quæst. LXI. art. 5.)

Ad quintum dicendum, quod etiam per fidem applicatur nobis passio Christi ad percipiendum fructum ipsius, secundum illud Rom. 1. 11. 25. Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ejus. Fides autem, per quam à peccato mundamur, non est fides informis, quæ potest esse etiam cum peccato, sed est fides

(a) *Pulgasa: Remittuntur ei.*

formata per caritatem; ut se passio Christi nobis applicetur non solum quantum ad intellectum, sed etiam quantum ad effectum. Et per hunc etiam modum peccata dimittuntur ex virtute passionis Christi.

ARTICULUS II.

Utrum per passionem Christi sumus liberati à potestate diaboli.

II. dist. xix. art. 2. & III. dist. xix. art. 2, & quæst. xxix. art. 7. ad 9. & op. LX. cap. xviii. & Heb. 11.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod per passionem Christi non sumus liberati à potestate diaboli. Ille enim non habet potestatem super aliquos, in quibus nihil sine permissione alterius facere potest. Sed diabolus nunquam potest aliquid in nocentium hominum facere, nisi ex permissione divina; sicut patet Job. 1. & 11. quod potestate divinitus accepta, eum primo in rebus, & postea in corpore læsit; & similiter Matth. viii. dicitur, quod demones, nisi Christo concedente, non poterunt in porcos intrare. Ergo diabolus nunquam habuit in hominibus potestatem: & ita per passionem Christi non sumus liberati à potestate diaboli.

2. Præterea. Diabolus potestatem suam in homines exercet, tentando, & corporaliter vexando. Sed hæc adhuc in hominibus operatur post Christi passionem. Ergo non sumus per passionem Christi ab ejus potestate liberati.

3. Præterea. Virtus passionis Christi in perpetuum durat, secundum illud Hebr. x. 14. Una oblatione consummavit sanctificatos: in sempiternum: similiter etiam ubique extenditur. Sed liberatio à potestate diaboli nec est ubique, quia in multis partibus mundi adhuc sunt Idololatæ; nec etiam erit semper, quia tempore Antichristi maxime suam potestatem exercet diabolus in hominum nocentium; de quo dicitur II. ad Thef. ii. 9. quod ejus adventus erit secundum operationem Satanas in omni virtute, & signis, & prodigiis mendacibus, & in omni seductione iniquitatis. Ergo videtur quod passio Christi non sit causa liberationis humani generis à potestate diaboli.

Sed contra est quod Dominus dicit Joann. xii. 31. imminente passione: Nunc princeps hujus mundi ejicitur foras: & ego, si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Est autem exaltatus à terra per crucis passionem. Ergo per eam diabolus est à potestate hominum ejectus.

Respondeo dicendum, quod circa potestatem

ARTICULUS I. 264

Utrum passio Christi causaverit nostram salutem per modum meriti.

Inf. quæst. LXII. art. 3. & III. dist. XVIII. art. 5. & IV. dist. 1. quæst. 1. art. 4. quæst. 3. & ve. quæst. XXVI. art. 6. ad 20. & ad Rom. IV. fin.

AD primum sic proceditur. Videtur quod passio Christi non causaverit nostram salutem per modum meriti. Passionum enim principia non sunt in nobis. Nullus autem meretur, vel laudatur, nisi per id cujus principium est in ipso. Ergo passio Christi nihil est operata per modum meriti.

2. Præterea, Christus ab initio suæ conceptionis meruit sibi, & nobis, ut supra dictum est (quæst. IX. art. 4. & quæst. XXXIV. art. 3.) Sed superfluum est aliquem iterum mereri id quod ante meruerat. Ergo Christus per suam passionem non meruit nostram salutem.

3. Præterea, Radix merendi est caritas. Sed caritas Christi non fuit magis augmentata in passione quam ante. Ergo non magis meruit salutem nostram patiendō quam ante fecerat.

Sed contra est quod super illud Philip. II. *Propter quod & Deus exaltavit illum &c.* dicit Augustinus (traç. CIV. in Joan. sub fin.) „Humilitas passionis claritatis est meritum; claritas humilitatis est præmium.“ Sed ipse clarificatus est non solum in seipso, sed etiam in suis fidelibus, ut ipse dicit Joan. XVII. Ergo videtur quod ipse meruit salutem suorum fidelium.

Respondetur dicendum, quod, sicut supra dictum est (quæst. VIII.) Christo data est gratia non solum sicut singulari personæ, sed in quantum est caput Ecclesiæ, ut scilicet ab ipso redundaret ad membra: & ideo opera Christi hoc modo se habent tam ad se, quam ad sua membra, sicut se habent opera alterius hominis in gratia constituti ad ipsum. Manifestum est autem quod quicumque in gratia constitutus propter justitiam patitur, ex hoc ipso meretur sibi salutem, secundum illud Matth. V. 10. *Beati qui persecutionem patient propter justitiam.* Unde Christus per suam passionem non solum sibi, sed etiam omnibus membris suis meruit salutem.

Ad primum ergo dicendum, quod passio, in quantum hujusmodi, non est meritoria, quia habet principium ab exteriori; sed secundum quod tam aliquis voluntarie sustinet, sic habet principium ab interiori: & hoc modo est meritoria.

Ad secundum dicendum, quod Christus à principio suæ conceptionis meruit nobis salu-

tem æternam, sed ex parte nostra erant quædam impedimenta, quibus impedebamur consequi effectum præcedentium meritorum: unde ad removendum illa impedimenta, oportuit Christum pati, ut supra dictum est (quæst. XLVI. art. 3.)

Ad tertium dicendum, quod passio Christi habuit aliquem effectum, quem non habuerunt præcedentia merita, non propter majorem caritatem, sed propter genus operis, quod erat conveniens tali effectui, ut patet ex rationibus supra inductis de convenientia passionis Christi (quæst. XLVI. art. 3. & 4.)

ARTICULUS II. 265

Utrum passio Christi causaverit nostram salutem per modum satisfactionis.

IV. cont. cap. LV. ad 2. 3. & 24. & opusc. LX. cap. XVIIII.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod passio Christi non causaverit nostram salutem per modum satisfactionis. Eiusdem enim videtur esse satisfacere ejus est peccare, sicut patet in aliis penitentibus: partibus ejusdem enim est conteri, & confiteri, cujus est peccare. Sed Christus non peccavit, secundum illud I. Pet. II. 22. *Qui peccatum non fecit.* Ergo ipse non satisfecit propria passione.

2. Præterea, Nulli satisfacit per majorem offensam. Sed maxima offensiva fuit perpetrata in Christi passione: quia gravissime peccaverunt qui eum occiderunt, ut supra dictum est (quæst. præc. art. 6.) Ergo videtur quod per passionem Christi non potuerit Deo satisfacere.

3. Præterea, Satisfactio importat æqualitatem quamdam ad culpam, cum sit actus justitiæ. Sed passio Christi non videtur esse æqualis omnibus peccatis humani generis: quia Christus non est passus secundum Divinitatem, sed secundum carnem, secundum illud I. Pet. IV. 1. *Christo igitur passo in carne.* anima autem, in qua est peccatum, prior est quam caro. Non ergo Christus sua passione satisfecit pro peccatis nostris.

Sed contra est quod in persona ejus dicitur in Psalm. LXXVIII. 5. *Qua non rapui, tunc exolvebam.* Non autem exolvit qui perfecte non satisfecit. Ergo videtur quod Christus patiendō perfecte satisfecit pro peccatis nostris.

Respondetur dicendum, quod ille proprie satisfacit pro offensa qui exhibet offensio id quod æque, vel magis diligit, quam oderit offensam. Christus autem ex caritate, & obedientia patiendō majus aliquid Deo exhibuit, quam exigeret recompensatio totius offensæ humani generis: primo quidem propter magnitudinem

caritatis, ex qua patiebatur: secundo propter dignitatem vite suæ, quam pro satisfactione ponebat, quæ erat vita Dei, & hominis; tertio propter generalitatem passionis, & magnitudinem doloris assumpti, ut supra dictum est (quæst. XLVI. art. 6.) Et ideo passio Christi non solum sufficiens, sed etiam superabundans satisfactio fuit pro peccatis humani generis, secundum illud I. Joan. II. 2. *Ipsa est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris, autem tantum, sed etiam pro totius mundi.*

Ad primum ergo dicendum, quod caput, & membra sunt, quasi una persona mystica: & ideo satisfactio Christi ad omnes fideles pertinet sicut ad sua membra. In quantum etiam duo homines sunt unum in caritate, unus pro alio satisfacere potest, ut infra patebit (in Supplem. quæst. XLII. art. 2.) Non autem est similis ratio de confessione, & contitione: quia satisfactio consistit in actu exteriori, ad quem assumi possunt instrumenta, inter quæ computantur etiam amici.

Ad secundum dicendum, quod major fuit caritas Christi patientis quam malicia crucifigentium; & ideo plus potuit Christus satisfacere sua passione, quam crucifigores offendere occidendo; in tantum quod passio Christi sufficiens fuit, & superabundans ad satisfaciendum pro peccatis occidentium ipsum.

Ad tertium dicendum, quod dignitas carnis Christi non est æstimanda solum secundum carnis naturam, sed secundum personam assumptam, in quantum scilicet erat caro Dei, ex quo habebat dignitatem infinitam.

ARTICULUS III. 266

Utrum passio Christi operata sit per modum sacrificii.

Inf. quæst. XLIX. art. 4. cor. & quæst. LXXXIII. art. 4. cor. & ad 3. & quæst. LXXXIII. art. 1. cor. & opusc. LX. cap. XVIIII.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod passio Christi non sit operata per modum sacrificii. Veritas enim debet respondere figuræ. Sed in sacrificiis veteris legis, quæ erant figuræ Christi, nunquam offerebatur caro humana; quinimo hæc sacrificia immunda, & nefanda habebantur, secundum illud Mal. CV. 38. *Esiderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum, quas sacrificaverunt sculptilibus Chanaan.* Ergo videtur quod passio Christi sacrificium dici non possit.

2. Præterea, Augustinus dicit in X. de civitate Dei (cap. V. parum à princ.) quod sa-

crificium visibile, invisibile sacrificii sacramentum, id est sacram signum est. Sed passio Christi non est signum; sed magis signatum per alia signa. Ergo videtur quod passio Christi non sit sacrificium.

3. Præterea, Quicumque offert sacrificium, aliquid sacrum facit, ut ipsum nomen sacrificii est demonstrat. Illi autem qui Christum occiderunt, non fecerunt aliquid sacrum, sed magis nam malitiam perpetraverunt. Ergo passio Christi magis fuit maleficium, quam sacrificium.

Sed contra est quod Apostolus dicit Ephesi V. 2. *Tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam.* Deo in odorem suavitatis.

Respondetur dicendum, quod sacrificium proprie dicitur aliquid factum in honorem propria Deo debitum, ad eum placandum: & inde est quod Augustinus dicit in X. de civitate Dei (cap. VI.) *Verum sacrificium est omne opus quod agitur ut sancta societas inhabiteamus Deo, reatum scilicet ad illum finem boni, quo servatior beatè esse possimus.* Christus autem, ut ibidem subditur, se ipsum obtulit in passione pro nobis: & hoc ipsum quod voluntarie passionem sustinuit Deo maxime acceptum fuit, utpote ex caritate maxima proveniens. Unde manifestum est quod passio Christi fuerit verum sacrificium.

Et sicut ipse postea subdit in eodem Libro (cap. XX.) *huiusmodi sacrificii multiplicia, & variaque signa erant sacrificia prisca Sanctorum, cum hoc unum per multa figuraretur, tanquam verbera sua diceretur, ut sine fastidio multum commemoraretur.* Ut cum quatuor confiderentur in omni sacrificio, ut Augustinus dicit in IV. de Trinitate (cap. XIV.) scilicet cui offeratur, à quo offeratur, quid offeratur, pro quibus offeratur, idem ipse unus, versisque. Mediator per sacrificium pacis reconcilians nos Deo, unum cum illo maneret cui offerebat, unum in se faceret pro quibus offerebat, unus ipse esset, qui offerebat, & quod offerebat.

Ad primum ergo dicendum, quod hæc veritas respondeat figuræ quantum ad aliquid, non tamen quantum ad omnia: quia oportet quod veritas figuram excedat. Et ideo convenienter figura hujus sacrificii, quo caro Christi offertur pro nobis, fuit caro non hominum, sed aliorum animalium significantium carnem Christi, quæ est perfectissimum sacrificium. Primo quidem, quia ex eo quod est humanæ naturæ caro, congrue pro hominibus offertur, & ab eis sumitur sub sacramento. Secundo, quia ex eo quod erat passibilis, & mortalis, apta erat immolationi. Tertio, quia per hoc quod erat sine peccato, efficax erat ad emundanda peccata. Quarto, quia ex eo quod erat caro ipsius offerentis, erat Deo accepta propter caritatem suam carnem offerentis. Unde Augustinus dicit in IV. de Trinitate (cap. XIV.) *Quid tam congruenter ab hominibus sumeretur,*

LI quod

2. Præterea. Ante passionem Christi Elias raptus est in cælum, ut dicitur IV. Regum 2. Sed effectus non præcedit causam. Ergo videtur, quod apertio januæ cælestis non sit effectus passionis Christi.

3. Præterea. Sicut legitur Matth. 11.1. Christo baptizato aperti sunt ei cæli. Sed baptizatus præcessit passionem. Ergo apertio cæli non est effectus passionis Christi.

4. Præterea. Mich. 11. 13. dicitur: (a) *Ascendit pandens iter ante eos.* Sed nihil aliud videtur esse pandere iter cæli, quam ejus januam aperire. Ergo videtur, quod janua cæli sit nobis aperta, non per passionem Christi, sed per ascensionem ejus.

Sed contra est quod Apostolus dicit Hebr. x. 19. *Habemus fiduciam in introitu Sanctorum,* scilicet cælestium, *in sanguine Christi.*

Respondendo dicendum, quod clausio januæ est obstruendum quoddam prohibens hominem ab ingressu. Prohibebantur autem homines ab ingressu regni cælestis propter peccatum; quia, sicut dicitur Isaiæ xxxv. 8. *Via illa sancta vocabitur, & non transibit per eam pollutus.* Est autem duplex peccatum impediens ab ingressu regni cælestis. Unum quidem commune totius humanæ naturæ, quod est peccatum primi parentis; & per hoc peccatum præcludebatur homini aditus regni cælestis. Unde legitur Gen. 1.11. 24. quod post peccatum primi parentis collocavit Deus Cherubin, & flammeum gladium, atque versatilibus, ad custodiendam viam ligni vitæ. Aliud autem est peccatum speciale uniuscujusque personæ, quod per proprium actum committitur uniuscujusque hominis. Per passionem autem Christi liberati sumus, non solum à peccato communi totius humanæ naturæ, & quantum ad culpam, & quantum ad reatum pœnæ, ipso solvente pretium pro nobis, sed etiam à peccatis propriis singulorum, qui communicant ejus passioni per fidem, & caritatem, & fidei sacramenta. Et ideo per passionem Christi aperta est nobis janua regni cælestis. Et hoc est quod Apostolus dicit Heb. ix. 11. quod *Christus assumpsit Pontificis futurorum honorum, per præmium sanguinem, introiit semel in sancta eterna redemptione inventa.* Et hoc figuratur Numer. xxxv. 25, ubi dicitur, quod *homicida manebit ibi, scilicet in civitate refugii, donec Sacerdos magnus, qui oleo sancto unctus est, moriatur; quo mortuo poterit in domum suam redire.*

Ad primum ergo dicendum, quod Sancti Patres operando opera justitiæ, meruerunt introitum regni cælestis per fidem passionis Christi, secundum illud Heb. xi. 33. *Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt justitiam; per quam etiam uniuscujusque à peccato purgatur, quantum pertinet ad emundationem propriæ*

(a) *Fulgata:* Ascendet.

personæ. Non tamen alicujus fides, vel justitia sufficiebat ad removendum impedimentum quod erat per reatum totius humanæ creaturæ; quod quidem remouit est perio sanguinis Christi. Et ideo ante passionem Christi nullus intrare poterat regnum cælestis, ad ipsificandum scilicet beatitudinem æternam, quæ consistit in plena Dei fruitione.

Ad secundum dicendum, quod Elias sublevarus est in cælum æreum; non autem in cælum empyreum, qui est locus Sanctorum; & similiter etiam Enoch raptus est ad paradysum terrestris, ubi cum Ela simul creditur vivere usque ad adventum Antichristi.

Ad tertium dicendum, quod, sicut supra dictum est (quæst. xxxix. art. 5.) Christo baptizato, aperti sunt cæli, non propter ipsum Christum, cui semper cælum patuit, sed ad significandum, quod cælum aperitur baptizato Christo, qui habet efficaciam ex passione ipsius.

Ad quartum dicendum, quod Christus sua passione meruit nobis introitum regni cælestis, & impedimentum removit; sed per suam ascensionem nos quasi in possessionem regni cælestis introduxit. Et ideo dicitur, quod ascendit pandens iter ante eos.

ARTICULUS VI. 275]

Utrum Christus per suam passionem meruerit exaltari.

III. dist. xviii. art. 4. quæst. 3.

Ad sextum sic proceditur. Videtur quod Christus per suam passionem non meruerit exaltari. Sicut enim cognitio veritatis est proprium Deo, ita & sublimitas, secundum illud Psal. cxii. 4. *Excelsus super omnes gentes Dominus, & super cælos gloria ejus.* Sed Christus, secundum quod homo, habuit cognitionem omnium veritatis, non ex aliquo merito præcedente, sed ex ipsa unione Dei, & hominis, secundum illud Joan. 1. 14. *Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à Patre, plenum gratiæ, & veritatis.* Ergo neque exaltationem habuit ex merito passionis, sed ex sola unione.

2. Præterea. Christus meruit sibi à primo instanti suæ conceptionis, ut supra habitum est (quæst. xxxix. art. 3.) Non autem major caritas fuit in eo tempore passionis quam ante. Cum ergo caritas sit merendi principium, videtur quod non magis meruerit per passionem suam exaltationem quam ante.

3. Præterea. Gloria corporis resultat ex gloria animæ, ut Agustinus dicit in epist. ad Dioscorum (cxviii. al. lvi. ante med.) Sed Christus

per passionem suam non meruit exaltationem quantum ad gloriam animæ, quia anima ejus fuit beata à primo instanti suæ conceptionis. Ergo neque etiam per passionem meruit exaltationem quantum ad gloriam corporis.

Sed contra est quod dicitur Philip. 11. 8. *Factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltavit illum.*

Respondeo dicendum, quod meritum importat quandam æqualitatem justitiæ: unde & Apostolus dicit Rom. iv. 4. quod *ei qui operatur, merces imputatur secundum debitum.* Cum autem aliquis ex sua injusta voluntate sibi attribuit plusquam sibi debeat, justum est ut diminuat etiam quantum ad id quod sibi debebatur; sicut cum furatur quis unam ovem, reddet quatuor, ut dicitur Exodi xxii. Et hoc dicitur meriti, in quantum per hoc puniuntur ejus iniqua voluntas. Ita etiam cum aliquis sibi ex justa voluntate subtrahit quod debebat habere, meretur ut sibi amplius superaddatur, quasi merces justæ voluntatis. Et inde est quod, sicut dicitur Lucæ xv. 11. *qui se humiliat, exaltabitur.*

Christus autem in sua passione seipsum humiliavit infra suam dignitatem quantum ad quatuor: primo quidem quantum ad passionem, & mortem, cujus debitor non erat; secundo quantum ad locum, quia corpus ejus positum est in sepulchro, & anima in inferno; tertio quantum ad confusionem, & opprobria, quæ subivit; quarto quantum ad hoc quod est traditus humanæ potestati, secundum quod ipse dicit Pilato Joan. xix. 11.

(a) *Non haberes in me potestatem, nisi datum tibi esset desuper.* Et ideo per suam passionem meruit exaltationem quantum ad quatuor. Primo quidem quantum ad resurrectionem gloriosam: unde dicitur in Psal. cxxxviii. 1. *Tu cognovisti sessionem meam, id est humilitatem meam passionis, & resurrectionem meam.* Secundo quantum ad ascensionem in cælum: unde dicitur Ephel. iv. 9. *Descendit primum in inferiores partes terre: qui autem descendit ipse est, & qui ascendit super omnes cælos.* Tertio quantum ad confectum paternæ dexteræ, & manifestationem Divinitatis ipsius, secundum illud Isa. lxi. 13. *Excabitur, & sublimis erit, valde: sicut ostupuerunt super eum multi, sic inglorius erit inter viros aspectus ejus: & Philip. 11. 8. dicitur, *Factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen, ut scilicet ab omnibus nominetur Deus, & omnes ei reverentiam exhibeant sicut Deo.* Et hoc est S. Thom. Op. Tom. V.*

quod subditur. *Ut in nomine Jesu omne genu flexatur, cælestium, terrestrium, & inferorum.* Quarto quantum ad judicariam potestatem: dicitur enim Job xxxvi. 17. *Causa tua quasi impii judicata est: causam, judiciumque recipies.*

Ad primum ergo dicendum, quod principium merendi est ex parte animæ; corpus autem est instrumentum meritorii actus. Et ideo perfectio animæ Christi, quæ fuit merendi principium, non debuit in eo acquiri per meritum, sicut perfectio corporis, quod fuit passionis subiectum, & per hoc fuit ipse meriti instrumentum.

Ad secundum dicendum, quod per priora merita Christus meruit exaltationem ex parte ipsius animæ, cujus voluntas caritate, & aliis virtutibus informabatur; sed in passione meruit suam exaltationem per modum cuiusdam recompensationis etiam ex parte corporis: justum est enim ut corpus quod fuerat ex caritate passioni subiectum, acciperet recompensationem in gloria.

Ad tertium dicendum, quod dispensatione quadam factum est in Christo ut gloria animæ ante passionem non redundaret ad corpus, ad hoc quod gloriam corporis honorabilius obtineret, quando eam per passionem meruisset. Gloria autem animæ differri non conveniebat: quia anima immediate uniebatur Verbo: unde decens erat ut gloria repleatur ab ipso Verbo; sed corpus uniebatur Verbo mediante anima.

QUESTIO L.

De morte Christi,

in sex articulis divisa.

Deinde considerandum est de morte Christi: & circa hoc quaeruntur sex.

Primo, utrum conveniens fuerit Christum mori.

Secundo, utrum per mortem fuerit separata Divinitas à carne.

Tertio, utrum fuerit separata Divinitas ab anima.

Quarto, utrum Christus in triduo mortis fuerit homo.

Quinto, utrum corpus ejus fuerit idem numero vivum, & mortuum.

Sexto, utrum mors ejus sit aliquid operata ad nostram salutem.

Mm

AR-

(a) *Fulgata non haberes potestatem adversus me ullam, &c.*

ARTICULUS I. 276

Utrum conveniens fuerit Christum mori.

Infr. quæst. l. i. art. 1. corp. & IV. cont. cap. lv. & quodl. 11. art. 2. corp. & opusc. 11. cap. vii. & cap. cxxxiv. & cxxxviii. fin. & opusc. lx. cap. ix.

AD primum sic proceditur. Videtur quod non fuerit conveniens Christum mori. Illud enim quod est primum principium in aliquo genere, non disponitur per illud quod est contrarium illi generi; sicut ignis, qui est principium caloris, nunquam potest esse frigidus. Sed Filius Dei est fons, & principium omnis vite, secundum illud Psalm. xxxv. 10. *Apud te est fons vite.* Ergo videtur quod non fuerit conveniens Christum mori.

2. Præterea. Major est defectus mortis quam morbi, quia per morbum pervenitur ad mortem. Sed non fuit conveniens Christum aliquo morbo languescere, ut Chrysostomus dicit (*Vide sup. quæst. xlvi. art. 3. ad 2.*) Ergo etiam non fuit conveniens Christum mori.

3. Præterea. Dominus dicit Joan. x. 10. *Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant.* Sed oppositum non perducit ad oppositum. Ergo videtur quod non fuerit conveniens Christum mori.

Sed contra est quod dicitur Joan. xi. 50. *Expedi vobis ut unus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat:* quod quidem Caiphas propheticè dixit, ut Evangelista testatur.

Respondet dicendum, quod conveniens fuit Christum mori. Primo quidem ad satisfaciendum pro humano genere, quod erat morti adjudicatum propter peccatum, secundum illud Genes. 11. 17. *Quicumque die comederitis, morte moriemini.* Est autem conveniens satisfaciendi pro alio modus, cum aliquis se subicit pœnæ quam alius meruit. Et ideo Christus mori voluit, ut moriendo pro nobis satisficeret, secundum illum I. Petr. 1. 11.

18. *Christus semel pro peccatis nostris mortuus est.* Secundum ad ostendendum veritatem naturæ assumptæ. Sicut enim Eusebius dicit, in orat. de laudibus Constantini inter med. & fin. seu cap. xv. *si aliter post conversationem cum hominibus evangelicis, subito evolare fugiens mortem, ab hominibus compararetur phantasmata.* Tertio ut moriendo nos à timore mortis liberaret: unde dicitur Heb. 11. 14. quod communicavit carni & sanguini, ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, id est diabolum, & liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti. Quarto ut corporaliter moriendo similitudini peccati, id est pœnalitati, daret nobis exemplum

morandi spiritualiter peccato. Unde dicitur Rom. vi. 10. *Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel; quod autem vivit, vivit Deo.* Ita & nos existimate mortuus quidem esse peccato, viventes autem Deo. Quinto ut à mortuis resurgendo & virtutem suam ostenderet, qua mortem superavit, & nobis spem resurgendi à mortuis daret. Unde Apostolus dicit I. ad Cor. xv. 12. *Si Christus predicatur, quod resurrexerit à mortuis, quomodo quidam in vobis dicunt, quod resurrexerit à mortuis non est?*

Ad primum ergo dicendum, quod Christus est fons vite, secundum quod Deus, non autem secundum quod homo; mortuus est autem secundum quod homo, non secundum quod Deus. Unde Augustinus dicit contra Felician. (cap. xiv. in princ.) *Abicit, quod Christus sic sentierit mortem, ut quantum in se est vitam perdidit: si enim hoc ita esset, vite fons aruisset. Sensit ergo mortem participatione humani affectus, quem sponte susceperat; non naturæ suæ perdidit potentiam, per quam cuncta vivificat.*

Ad secundum dicendum, quod Christus non substituit mortem ex morbo proveniente, ne videretur ex necessitate mori propter infirmitatem naturæ; sed substituit mortem ab exteriori illatam, cui se spontaneum obtulit, ut mors ejus voluntaria ostenderetur.

Ad tertium dicendum, quod unum oppositum per se non ducit ad aliud, sed quandoque per accidens, sicut frigidum quandoque per accidens calefacit: & hoc modo Christus per suam mortem nos perduxit ad vitam, dum sua morte mortem nostram destruxit, sicut ille qui penam pro alio substat, removet penam ejus.

ARTICULUS II. 277

Utrum in morte Christi fuerit separata Divinitas à carne.

III. dist. 111. quæst. 11. art. 1. quæst. 1. & dist. 111. quæst. 1. art. 1. quæst. 1. & quodl. 11. art. 1. co. & quæst. 14. art. 6. co. & opusc. 11. cap. cxxxvi. & cxxxviii. & opusc. lx. cap. xix. fin.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod in morte Christi fuerit separata Divinitas à carne. Ut enim dicitur Matth. xxvii. Dominus in cruce pendens clamabat: *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* quod exponens Ambrosius (super illud Luc. xxiii. Et hæc dicens, expiravit) dicit: *Clamabat homo, separatione Divinitatis moriturus; nam cum Divinitas à morte libera sit,* uti-

utique mors ibi esse non poterat, nisi vitæ discederet: quia vita Divinitas est. Et sic videtur quod in morte Christi sit Divinitas separata à carne.

2. Præterea. Remoto medio, separantur extrema: Sed divinitas unita est carni mediante anima; ut supra habitum est (quæst. vi. art. 1.) Ergo videtur quod cum in morte Christi anima sit separata à carne, per consequens Divinitas sit à carne separata.

3. Præterea. Major est virtus vivificativa Dei quam animæ. Sed corpus mori non poterat, nisi anima separata. Ergo multo minus mori poterat, nisi separata Divinitate.

Sed contra est quod ea quæ sunt humanæ naturæ, non dicuntur de Filio Dei nisi ratione unionis, ut supra habitum est (quæst. xvi. art. 4. & 5.) Sed de Filio Dei dicitur id quod convenit corpori Christi post mortem, scilicet esse sepultum: ut patet in Symbolo fidei, ubi dicitur, quod Filius Dei conceptus est, & natus ex Virgine, passus, mortuus, & sepultus. Ergo corpus Christi non fuit in morte à Divinitate separatum.

Respondet dicendum, quod illud quod per gratiam Dei conceditur, nunquam absque culpa revocatur. Unde dicitur Rom. xi. 29. *quod sine penitentia sunt dona Dei, & vocatio.* Multo autem major est gratia unionis, per quam Divinitas unita est carni Christi in persona, quam gratia adoptionis, per quam alii sanctificantur; & etiam magis permanens ex sui ratione, quia hæc gratia ordinatur ad unionem personalem, gratia autem adoptionis ad quandam unionem affectionalem: & tamen videmus quod gratia adoptionis nunquam perditur sine culpa. Cum igitur in Christo nullum fuerit peccatum, impossibile fuit quod solveretur unio Divinitatis à carne ipsius. Et ideo sicut ante mortem caro Christi unita fuit secundum personam, & hypostasim Verbo Dei, ita & remansit unita post mortem, ut scilicet non esset alia hypostasis Verbi Dei, & carnis Christi post mortem, ut Damascenus dicit in III. Lib. (orth. Fid. cap. xxvii. ad fin.)

Ad primum ergo dicendum, quod derelictio illa non est referenda ad solutionem unionis personalis, sed ad hoc quod Deus Pater eum exposuit passioni: unde derelinquere ibi non est aliud quam non protegere à persecutoribus.

Vel dicit se derelictum quantum ad illam orationem, qua dixerat: *Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste,* ut Augustinus exponit in Lib. de gratia novi Testamenti. (cxl. al. cxx. epist. cap. vi. & x.)

Ad secundum dicendum, quod Verbum Dei dicitur unitum carni mediante anima, in quantum caro per animam pertinet ad hu-

manam naturam, quam Filius Dei assumere intendebat: quia vita Divinitas est. Et sic quasi medium ligans unita. Habet autem caro ab anima quod pertinet ad humanam naturam, etiam postquam anima separata ab ea, in quantum scilicet in carne mortua remanet esse divina ordinatione quidam ordo ad resurrectionem. Et ideo non tollitur unio divinitatis ad carnem.

Ad tertium dicendum, quod anima habet vim vivificandi formaliter: & ideo, ea præsentem, & unita formaliter, necesse est corpus esse vivum. Divinitas autem non habet vim vivificandi formaliter, sed effectivè: non enim potest esse corporis forma: & ideo non est necesse quod manente unione Divinitatis ad carnem, caro sit viva, quia Deus non ex necessitate agit, sed ex voluntate.

ARTICULUS III. 278

Utrum in morte Christi fuerit facta separatio Divinitatis ab anima.

III. dist. 111. quæst. 1. art. 1. quæst. 1. art. 1. corp. & opusc. 11. cap. cxxxvi. & opusc. 11. cap. cxxxix. fin. & Pals. 111.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod in morte Christi fuerit facta separatio Divinitatis ab anima. Dicit enim Dominus Joan. x. 18. *Nemo tollit animam meam à me, sed ego pono eam, & iterum sumo eam.* Non autem videtur quod corpus animam ponere possit, eam à se separando: quia anima non subicitur potestati corporis, sed potius est converso: & sic videtur quod Christo, secundum quod est Verbum Dei, conveniat animam suam ponere: hoc autem est eam à se separare. Ergo per mortem anima ejus fuit à Divinitate separata.

2. Præterea. Athanasius dicit (implic. Lib. VI. de beat. Verbi Dei ad Theophil. à med.) *maledictum, qui totum hominem, quem assumptus Dei Filius, deus assumpsit, vel liberavit, servit die à mortuis resurrexisset non confiteretur.* Sed non potuit totus homo deus assumi, nisi aliquando fuerit totus homo à verbo Dei separatus: totus autem homo componitur ex anima, & corpore. Ergo aliquando fuit facta separatio Divinitatis à corpore, & ab anima.

3. Præterea. Propter unionem ad totum hominem Filius Dei vere dicitur homo. Si ergo, soluta unione animæ, & corporis per mortem, Verbum Dei remansit unum animæ, sequeretur quod vere dicitur potuisset, Filium Dei esse animam. Hoc autem est falsum: quia cum anima sit forma corporis, sequeretur quod Verbum Dei fuerit corporis forma; quod est impossibile. Ergo in morte Christi anima fuit à Verbo Dei separata.

4. Præterea. Anima, & corpus ad invicem separata non sunt una hypostasis, sed

Mm 2

S. Th. Op. Tom. 7.

duc. Si igitur Verbum Dei remansit unitum tam corpori, quam animæ Christi, separatis eis ad invicem per mortem Christi, videtur sequi quod Verbum Dei, durante morte Christi, fuerit duæ hypostasies: quod est inconveniens. Non ergo post mortem Christi remansit anima Verbo unita.

Sed contra est quod dicit Damascenus in III. Lib. (ort. Fid. cap. xxv. 1. a. med.). *Essi*, Christus mortuus est ut homo, & sancta eius anima ab incontaminato divisa est corpore; Divinitas tamen inseparabilis ab utroque, quæ permansit, ab anima dicitur, & corpore.

Respondetur dicendum, quod anima unita est Verbo Dei immediatius, & per prius quam corpus; cum corpus unitum sit Verbo Dei mediante anima, ut supra dictum est (quæst. vi. art. 1.). Cum ergo Verbum Dei non sit separatum in morte à corpore, multo minus separatum est ab anima. Unde sicut de Filio Dei predicatur id quod convenit corpori ab anima separato, scilicet *esse sepultum*, ita de eo in Symbolo dicitur, quod *descendit ad inferos*, quia anima eius à corpore separata descendit ad inferos.

Ad primum ergo dicendum, quod Augustinus tract. xlv. 11. in Joan. post. med. exponens illud verbum Joannis inquit, cum Christus sit Verbum, anima, & caro, utrum ex eo quod est Verbum, ponat animam, an ex eo quod est anima, an iterum ex eo quod est caro. *Et dicit, quod, si dixerimus, quod Verbum Dei animam posuit, sequitur quod aliquando anima illa separata est à Verbo; quod est falsum: mors enim corpus ab anima separavit; à Verbo autem animam separatam esse non dico. Si vero dixerimus, quod ipsa se anima ponat, sequitur quod anima ipsa à se separata sit: quod est absurdum: Relinquitur ergo, quod ipsa caro animam suam ponit, & iterum eam sumit, non potestate sua, sed potestate Verbi inhabitantis carnem: quia, sicut supra dictum est (in corp. art. & art. præc.) per mortem non est separata Divinitas Verbi à carne.*

Ad secundum dicendum, quod in verbis illis Athanasius non intellexit quod totus homo denuo sit assumptus, id est omnes partes eius, quasi Verbum Dei partes humanæ naturæ depoluerit per mortem; sed quod iterato totalitas nature assumptæ sit in resurrectione redintegrata per iteratam unionem animæ & corporis.

(a) Ita patet Cod. Acan. singula eorum manserunt, unam hypostasim Verbi habens. Damascenus Latino reddidit à Leguino sic. Siquidem & corpus, & anima simul ab initio in Verbi persona existentiam habuerunt; ac licet in morte divisa sint, utramque tamen eorum unam Verbi personam, qua subsisteret, semper habuit. (b) Hac lectio consona Damasceno, & D. Thomæ inf. atque edit. Cod. Acan. unam animæ & corporis, &c.

Ad tertium dicendum, quod Verbum Dei propter unionem humanæ naturæ non dicitur humanæ naturæ, sed dicitur homo, quod est habens humanam naturam. Anima autem, & corpus sunt partes essentielles humanæ naturæ. Unde propter unionem Verbi ad utrumque eorum, non sequitur quod Verbum Dei sit anima, vel corpus, sed quod sit habens animam, vel corpus.

Ad quartum dicendum, quod sicut Damascenus dicit in III. Lib. (ort. Fid. cap. xxvi. 1. ad fin.). quod in morte Christi, est separata anima à carne, non est una hypostasis in duos hypostasies: divisa enim & corpus, & anima Christi secundum idem, ex principio in Verbi hypostasim habuerunt exitentiam, & in morte invicem divisa, (a) singulum eorum mansit, unam hypostasim Verbi habens. Quare una Verbi hypostasis (b) Verbi, & animæ, & corporis exitentia hypostasim nunquam enim neque anima, neque corpus propriam habuerunt hypostasim; præter Verbi hypostasim: una enim semper Verbi hypostasis, & nunquam due.

ARTICULUS IV. 279

Utrum Christus in triduo mortis fuerit homo.

III. dist. xxii. quæst. 1. art. 1. & quæst. 1. art. 1. & quæst. 111. art. 4. corp. fin. & quæst. 11. art. 1. & opusc. 11. cap. cccxxvi. & opusc. 11. cap. xx. fin.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod Christus in triduo mortis fuerit homo. Dicit enim Augustinus in I. de Trinitate (cap. xlii. in princ.). Talis erat illa susceptio, quæ Deum hominem faceret, & hominem Deum. Sed illa susceptio non cessavit per mortem. Ergo videtur quod per mortem non desierit esse homo.

2. Præterea, Philosophus dicit in IX. Ethic. (cap. 17. ante med.) quod, unusquisque homo est suus intellectus; unde & post mortem animam Petri alloquentes dicimus, *Sancte Petre ora pro nobis*. Sed post mortem Filii Dei non fuit separatus ab anima intellectuali. Ergo in illo triduo Filius Dei fuit homo.

3. Præterea, Omnis sacerdos est homo. Sed in illo triduo mortis Christus fuit sacerdos: aliter enim non verum esset, quod dicitur in Psalm. cix. 4. *Tu es Sacerdos in æternum*. Ergo Christus in illo triduo fuit homo.

Sed contra. Remoto superiori, remove-

tur inferius. Sed vivum, sive animatum est superius ad animam, & ad hominem, nam animal est substantia animata sensibilis. Sed illo triduo mortis corpus Christi non fuit vivum, neque animatum. Ergo non fuit homo.

Respondetur dicendum, quod Christum vere fuisse mortuum, est articulus fidei. Unde asserere omne illud per quod tollitur veritas mortis Christi, est error contra fidem. Propter quod in epist. Synodali Cyrilli (in fin. & hab. in Conc. Ephes. gener. III. p. 1. cap. xxvi.) dicitur: Si quis non confiteretur Dei Verbum passum carne, & crucifixum carne, & quod mortem gustavit carne; anathema sit. Pertinet autem ad veritatem mortis hominis, vel animalis, quod per mortem desinat esse homo, vel animal: mors enim hominis, vel animalis provenit ex separatione animæ, quæ complet rationem animalis, vel hominis. Et ideo dicere Christum in triduo mortis hominem fuisse, simpliciter, & absolute loquendo, erroneum est.

Potest tamen dici, quod Christus in triduo fuit homo mortuus.

Quidam tamen confessi sunt, Christum in triduo hominem fuisse, dicentes quidem verba erronea, sed sensum erroris non habentes in fide: sicut Hugo de Sancto Victore qui (Lib. II. de sacram. part. 1. cap. xi.) ea ratione dixit Christum in triduo mortis fuisse hominem, quia dicebat animam esse hominem: quod tamen est falsum, ut in prima parte ostensum est (quæst. lxxv. art. 4.) Magister etiam Sententiarum in xxii. dist. III. Lib. posuit, quod Christus in triduo mortis fuit homo alia ratione: quia credidit quod unio animæ, & carnis non esset de ratione hominis, sed sufficeret ad hoc quod aliquis sit homo, quod habeat animam humanam, & corpus, sive conjuncta, sive non conjuncta: quod etiam patet esse falsum ex his quæ dicta sunt in prima parte, loc. cit.) & ex his quæ supra dicta sunt circa modum unionis (q. 111. art. 5.)

Ad primum ergo dicendum, quod Verbum Dei suscepit animam, & carnem unitam: & ideo illa susceptio fecit Deum hominem, & hominem Deum. Non autem cessavit illa susceptio per separationem Verbi ab anima, vel à carne; cessavit tamen unio carnis, & animæ.

Ad secundum dicendum, quod homo dicitur esse suus intellectus, non quia intellectus sit totus homo, sed quia intellectus est principaliter pars hominis, in quo virtualiter consistit tota dispositio hominis; sicut si rector civitatis dicitur tota civitas, quia in eo consistit tota dispositio civitatis.

(a) Ita cum Athanasio Nicolajus & posteriores, edit. Al. & potato.

Ad tertium dicendum, quod esse sacerdotem convenit homini ratione animæ, in qua est ordinis character: unde per mortem homo non perdit ordinem sacerdotalem, & multo minus Christus, qui est totus sacerdotis origo.

ARTICULUS V. 280

Utrum fuerit idem numero corpus Christi viventis, & mortui.

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod non fuerit idem numero corpus Christi viventis, & mortui. Christus enim vere mortuus fuit, sicut & alii homines moriuntur. Sed corpus cuiuscumque alterius hominis non est simpliciter idem numero mortuum, & vivum, quia differunt essentialia differentia. Ergo neque corpus Christi est simpliciter idem numero mortuum, & vivum.

2. Præterea, Secundum Philosophum in V. Metaph. (text. 12.) quæcumque sunt diversa specie, sunt etiam diversa numero. Sed corpus Christi vivum, & mortuum fuit diversum specie: quia non dicitur oculis, aut caro mortui, nisi æquivoce, ut patet per Philosophum in II. de Anima (text. 9.) & in VII. Metaph. (text. 35.) Ergo corpus Christi non fuit simpliciter idem numero vivum, & mortuum.

3. Præterea, Mors est corruptio quædam. Sed illud quod corruptum corruptione substantiali, postquam corruptum est, jam non est: quia corruptio est mutatio de esse in non esse. Corpus ergo Christi, postquam mortuum fuit, non remansit idem numero, cum mors sit substantialis corruptio.

Sed contra est quod Athanasius dicit in epistola ad Epitimum (circ. med. & incipit: *Ego arbitrabar*:) *Circumciso corpore, (a) & portato, & manducante, laborante, & in ligno affixo, erat impassibile, & incorporeum Dei Verbum; hoc erat in sepulcro positum*. Sed corpus Christi vivum fuit circumcisum, & in ligno affixum; corpus autem Christi mortuum fuit positum in sepulcro. Ergo hoc idem corpus quod fuit vivum, fuit etiam mortuum.

Respondetur dicendum, quod hoc quod dico simpliciter potest accipi dupliciter. Uno modo, secundum quod simpliciter idem est quod absolute; sicut simpliciter dicitur quod nullo addito dicitur, ut Philosophus dicit (in fin. Lib. II. Top.) & hoc modo corpus Christi mortuum, & vivum, simpliciter fuit idem numero. Dicitur enim aliquid esse idem numero

ro simpliciter, quia est supposito idem. Corpus autem Christi vivum, & mortuum fuit supposito idem: quia non habuit aliam hypostasim vivam, & mortuam, præter hypostasim Verbi Dei, ut supra dictum est (art. 2. huj. quæst.) Et hoc modo loquitur Athanasius in auctoritate inducta. Alio modo simpliciter idem est quod omnino, vel totaliter: & sic corpus Christi mortuum, & vivum non fuit simpliciter idem numero: quia non fuit totaliter idem, cum vita sit aliquid de essentia corporis viventis, est enim prædicatum essentiale, non accidentale: unde consequens est quod corpus quod definit esse vivum, non totaliter idem remaneat. Si autem diceretur, quod corpus Christi mortuum totaliter idem remaneret, sequeretur quod non esset corruptum, corruptione dico mortis: quod est heresis Gajanitarum, ut Isidor. dicit, (Lib. VIII. Etym. cap. v. ad fin.) & habetur in Decretis xxiv. quæst. 111. (cap. *Quidam autem*) Et Damas. dicit in III. Lib. (orth. Fid. cap. xxviii. in princ.) quod, corruptionis nomen duo significat: uno modo separationem animæ à corpore, & alia hujusmodi; alio modo perfectam dissolutionem in elementa. Ergo in corruptibile dicere corpus Domini, secundum Julianum, & Gajanum, secundum primum corruptionis modum ante resurrectionem, est impium: quia corpus Christi non esset substantiale nobis, nec in veritate mortuum esset, nec secundum veritatem salvati essemus. Secundo autem modo corpus Christi fuit incorruptum.

Ad primum ergo dicendum, quod corpus mortuum cuiuscumque alterius hominis non remanet unitum alicui hypostasi permanenti, sicut corpus Christi mortuum. Et ideo corpus mortuum cuiuscumque alterius hominis non est idem simpliciter, sed secundum quid: quia est idem secundum materiam, non autem idem secundum formam. Corpus autem Christi remanet idem simpliciter propter identitatem suppositi, ut dictum est (in corp. art.)

Ad secundum dicendum, quod quia idem numero dicitur aliquid secundum suppositum, idem autem specie idem secundum formam; ubique suppositum subsistit in una sola natura, oportet quod sublata unitate speciei, auferatur unitas numeralis. Sed hypostasis Verbi Dei subsistit in duabus naturis: & ideo quamvis in Christo non remaneat corpus idem secundum speciem humanæ naturæ, remanet tamen idem numero secundum suppositum Verbi Dei.

Ad tertium dicendum, quod corruptio, & mors non competit Christo ratione suppositi, secundum quod attenditur unitas, sed ratione naturæ, secundum quam invenitur differentia mortis, & vitæ.

Utrum mors Christi aliquid operata sit ad nostram salutem.

Inf. quæst. LI. art. 1. corp. & quæst. LVI. art. 1. ad 4. & ad Gal. 11.

AD sextum sic proceditur. Videtur quod mors Christi nihil operata sit ad nostram salutem. Mors enim est quedam privatio, est enim privatio vitæ. Sed privatio, cum non sit res aliqua, non habet aliquam virtutem agendi. Ergo non potuit aliquid operari ad nostram salutem.

2. Præterea. Falsio Christi operata est ad nostram salutem per modum meriti. Sic autem: non potuit operari mors Christi: nam in morte separatur anima à corpore, quæ est merendi principium. Ergo mors Christi non est operata aliquid ad nostram salutem.

3. Præterea. Corporale non est causa spiritalis. Sed mors Christi fuit corporalis. Non ergo potuit esse causa spiritalis nostræ salutis.

Sed contra est quod Augustinus dicit in IV. de Trinit. (cap. 111. sub fin.) *Una mors nostri Salvatoris, scilicet corporalis, duabus moribus nostris, id est animæ, & corporis, salutis fuit.*

Respondeo dicendum, quod de morte Christi dupliciter loqui possumus: uno modo secundum quod est in fieri; alio modo secundum quod est in facto esse. Dicitur autem mors esse in fieri, quando aliquis per aliquam passionem, vel naturalem, vel violentam, tendit in mortem: & hoc modo idem est loqui de morte Christi, & de passione ipsius. Et ita secundum hunc modum mors Christi causa est salutis nostræ secundum id quod de passione supra dictum est (quæst. xlix.) Sed in facto esse mors Christi consideratur, secundum quod jam facta est separatio corporis, & animæ: & sic nunc loquimur de morte Christi. Hoc autem modo mors Christi non potest esse causa salutis nostræ per modum meriti, sed solum per modum efficientiæ, in quantum scilicet nec per mortem Divinitas separata fuit à Christi carne: & ideo quidquid contigit circa carnem Christi, etiam anima separata, fuit nobis salutiferum virtute Divinitatis unitæ. Consideratur autem proprie alicujus causæ effectus secundum similitudinem causæ. Unde quia mors est quedam privatio vitæ propriæ, effectus mortis Christi attenditur circa remotionem eorum quæ contrariantur nostræ salutis; quæ quidem sunt mors animæ, & mors corporis. Et ideo per mortem Christi dicitur, esse destructa in nobis & mors animæ, quæ est per peccatum nostrum, secundum illud Rom. 1v. 23. *Traditus est,* sci-

scilicet in mortem, propter delicta nostra: & mors corporis, quæ consistit in separatione animæ, secundum illud I. ad Cor. xv. 54. *Absorta est mors in victoriam.*

Ad primum ergo dicendum, quod mors Christi est operata salutem nostram ex virtute Divinitatis unitæ, & non ex sola ratione mortis.

Ad secundum dicendum, quod mors Christi, secundum quod consideratur in facto esse, et si non est ad nostram salutem operata per modum meriti, est tamen operata per modum efficientiæ, ut dictum est (in corp. art.)

Ad tertium dicendum, quod mors Christi quidem corporalis: sed corpus illud fuit instrumentum Divinitatis sibi unitæ, operans in virtute ejus etiam mortuum.

QUÆSTIO II.

De sepultura Christi.

in quatuor articulos divisa.

Ende considerandum est de sepultura Christi: & circa hoc queruntur quatuor. Primo, utrum conveniens fuerit Christi sepeliri.

Secundo, de modo sepulture ejus.

Tertio, utrum corpus ejus fuerit in sepulcro resolutum.

Quarto, de tempore quo jacuit in sepulcro.

ARTICULUS I.

Utrum fuerit conveniens Christum sepeliri.

Inf. quæst. LII. art. 4. & opusc. 11. cap. ccxli. & ccxlii. & opusc. lx. cap. xx. princ. & I. Cor. xv. lect. 1.

AD primum sic proceditur. Videtur quod non fuerit conveniens Christum sepeliri. De Christo enim dicitur in Psal. lxxxvi. 6. *Factus est sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber.* Sed in sepulcro includuntur corpora mortuorum; quod videtur esse contrarium libertati. Ergo non videtur fuisse conveniens quod corpus Christi sepeliretur.

2. Præterea. Nihil circa Christum fieri debuit quod non esset salutiferum nobis. Sed in nullo videtur ad salutem hominum pertinere quod Christus fuit sepultus. Ergo non fuit conveniens Christum sepeliri.

3. Præterea. Inconveniens esse videtur quod Deus, qui est super cælos excelsus, in terra sepeliretur. Sed illud quod convenit corpori Christi mortuo, attribuitur Deo ratio-

ne unionis. Ergo inconveniens videtur Christum fuisse sepultum.

Sed contra est quod Dominus dicit Math. xxvi. 10. de muliere, quæ cum inunxerat: *Opus bonum operata est in me: & postea subdit: Mittens enim hoc unguentum in corpus meum, ad sepeliendum me fecit.*

Respondeo dicendum, quod conveniens fuit Christum sepeliri. Primo quidem ad comprobandum veritatem mortis: non enim in sepulcro aliquis ponitur, nisi quando jam de veritate mortis constat. Unde & Marci xv. legitur, quod Pilatus, ante quam concederet Christum sepeliri, diligenter inquisitione cognovit, eum mortuum esse. Secundo quia per hoc quod Christus de sepulcro resurrexit, datur spes resurgendi per ipsum, his qui sunt in sepulcro, secundum illud Joan. v. 28. *Omnes qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei: & qui audierint, vivent.* Tertio ad exemplum eorum qui per mortem Christi spiritualiter moriuntur peccatis, qui scilicet absconduntur à conturbatione hominum. Unde dicitur Colos. 111. 3. *Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* Unde & baptizati, qui per mortem Christi moriuntur peccatis, quasi conspeliuntur Christo per immersionem, secundum illud Rom. vi. 4. *Conspelesti sumus cum Christo per baptismum in mortem.*

Ad primum ergo dicendum, quod Christus sepultus inter mortuos liberum fuisse ostendit in hoc, quod per inclusionem sepulcri non potuit impediri quin ab eo resurgendo exivisset.

Ad secundum dicendum, quod sicut mors Christi efficienter operata est nostram salutem, ita etiam & ejus sepultura. Unde Hieron. dicit super Matth. *Sepultura Christi resurgimus: & Isa. l111. super illud, Dabit impiis pro sepultura, dicit Glol. (ordin. Hieron.) id est, gentes, quæ sine pietate erant, Deo Patrique dabit: quia mortuus, & sepultus eos acquisivit.*

Ad tertium dicendum, quod, sicut dicitur in quodam sermone Concilii Ephesini, (& hab. part. 111. cap. ix. aliquid. à princ.) *nihil horum quæ salvant homines, injuriam Deo facit, quæ ostendunt eum non passibilem, sed clementem: & in alio sermone eju'dem Concilii (parum à princ. cap. x.) legitur: Nihil putat injuriam Deus quod est occiso salutis hominibus. Tu quidem non ita vilem Dei naturam arbitraberis, tamquam quæ aliquando subiecta posset esse injuriis.*